
FRIDERICVS · Z · DEI · G ·
ELECTVS DANORVM REX

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

35-164

BOX

aut tertam de pactis ...
pacta. uideamus igitur quid
sit intelligere. de quibus re...
et quis sit transactionis effect...
et lite iera necdum finita ...
intelligo presente uel futur...
transactio. ut ff. de condic. inde...
exaudio iustam. uel iniusta...
git. crecit se iusta. foue ...
.l. i summa. ut tamen distingu...
ut si actor per calumpniam ...
reus per calumpniam resistit...
ut. c. e. t. l. sed pretextu. li...
de dolo. uel replicationis ...
dicitur. quam reus dolo inducit ...
contrauita io dicitur. quod transactio ...
tentio. ino predit. ut ...
finita ideo dicitur. quod ...
nec aliquo remedio ...
t. si fiat transactio nulla ...
post rem et de condic. inde ...
ee quod is qui quesiuit ...
ad x. et uere est quod debet ...
conuenti. v. re transactio ...
rum. adeo tamen liquida ...
negare. adhuc inde est ...
... aut transactio. quod ...
...ccu...

LN 665
ex. 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

35, - 164.

5508

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

IN REDITVM

POTENTISSIMI PRINCIPIS AC IL-
luſtriſſimi Domini, Domini Chriſtiani tertij, Re-
giæ Danorum ect. Maieſtatis, & florentiſſimum
Senatus regni conuentum in vrbem
Haffnienſem, Anno domini
1551 Gratulatorium Eraſ-
mi Læti Ingel.
Carmen.

Haffniæ
1 5 5 1.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

EIa ãge Danorum pubes Generoſa, nitentem
Hunc decet auguſta condere voce diem
Eia age & ambroſium florenti cinge corona
Prataq́ per medium ſparge rotata caput
Et faciles moderare choros, luſusq́ capeſſe
vt reſonent ſummos menia noſtra iocos
Hæc etenim ſacrata dies, hęc tempora plauſum
Et lętos pręſens expetit hora viros
Succinctamq́ velit formoſæ virginis eſſe
Qua molli ſaliat corpore culta, togam
Quo mage ſubductis ea libera veſtibus, arte
Temperet ad pulſos brachia lęta ſonos
Atq́ pedes numeris agiles det lactea certis
Illa leui quotiens aera veſte ferit
Deniq́ ſi quid habet preſtantis Muſica formæ
Blanda quid aut priſcæ tibia laudis habet
Huc numeros vocisq́ vias, huc conferat omne
Quodcunq́ egregia colligit arte decus
Miles & ipſe piis concedat laudibus vltro,
Atq́ iocis plauſum culta minerua feras
Poſtremo qnæcunq́ ſient hoc maxima regno
Quæq́ ſub inſigni conditione micant
Huc laudes huc vota ferant,hanc omnie lucem
Plaudenti, & fauſta tempora ſorte canant
Tuq́ adeo ingentes hilari cape pectore motus
Haffnia,tu ſacros excipe lęta dies

Hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Hac tibi conueniunt hymenæá tripudia luce
Cũ tibi nunc humeros cõmoda plura premãt
Haffnia Danorum ſedes clariſſima Regum
Quæ variis ſplendes nobilitata bonis
Hoc lętare die, miſſoqꝫ in munere plebem
Excipe venturos munere fæta Deos
Maieſtas etenim portas ſubit ipſa patentes
Regia, mox veteri conſpicienda foro
Ecce ſubit portas pacis ſtudioſus auitæ
Ille ſua notus Rex pietate tibi
Hactenus ingenti quo pene dolore caremus
Quod menſes alibi degerit vſqꝫ decem
Cimbriacos ſectatus agros & flumina luſtrans
Quaſqꝫ tenet, figens, ſylua fragoſa feras
Aſt rurſus noſtro ꝙ ſaluus redditur orbi
Et fauſto ingreditur Regia tecta pede
Noſtra quidem miro perfundit corda vigore
Lęticiaqꝫ ſimul pectora grata ferit
Nil etenim votis vnq̃ maioribus ardet
Nec noſtrum qniſq̃ commodiora velit
Quam claros Regis vultus, frontemqꝫ nitentem
Et procnl haud poſito ſceptra videre loco
Hæc virtus, hic noſter honos, ſunt gaudia nullis
Poſtponenda, licet ſint ea magna, bonis
Nam ſpeciem vidiſſe Dei, Regalia ſceptra
Auguſtoſqꝫ pia cernere fronte viros.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

His ornare locum datur, his preſentibus omne
Ridet, at abſentes ſingula pene gemunt
Rex animus populi, plebis pater, ille furentes
Comprimit, & molli pace quieta regit
Cunctantes, virtute mouet, temereq; ruentes
Iniecta veluti detinet ipſe manu
Incitat hic properãt, ꝓhibet mora nulla recurrũt
Et ſummos vno flexerit ore viros
Obuertunt omnes ſua deniq; lumina Regi
Pendet & a tanti quiſq; fauore Ducis
Principis ergo manu plebes defenſa quieſcit
Abſentiſq; graui ſceptra dolore ferunt
Quod ſibi non aliter vitam ſubiectus agendam
Ac lęta Regis conditione, putet
Huius enim virtus populi frenare cohortes
Proq; ſuis meritis reddere cuiq; locum
Publica priuatis preponere commoda rebus
Noſſe, ſuæ populos eſſe ſalutis iter
Arte probos & pace pios iuſtumq; ſequenres
Ferre, ſciat verum ſe quibus eſſe patrem
Flagitiis contra cumulatos lege cohercet
Et medium rigido dimouet enſe malum
Non etenim gladio fruſtra Rex cingitur, ille
Sit tutela bonis pęnaq; ſęua malis
Inclita cęleſtis conſeruet dogmata verbi
Et ſpargi curet per ſua regna, Deum

Doctores

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Doctores verbi foueat,veroſq; miniſtros
Qui recta Chriſtum relligione docent
Suſtineatq; Scholas & honore remuneret artes
Et cultos ſtudiis promouet vſq; viros
Hinc etenim petitur veræ pietatis alumnus
Qui feret hoc vaſto nomen in orbe,dei,
Hic ciues iuſtis finguntur moribus, inde
Conſul habet primum commoditatis iter
Nam veluti ficta quondam gens plurima mole
Prodiit,& celeri protinus enſe furit
Ferrea cum Sinon laxaſſet clauſtra, Lyeo
Perderet vt fallax tecta ſepulra Deo
Haud aliter Muſis claros ſchola fundit, in omni
Sedulitas quorum grata ſit arte, viros
Hinc faſces, hinc iura ſimul ſanctuſq; ſenatus
Hinc verus lato flumine manat honos
Sola quidem damnat tetros academia mores
Atq; fero quid ſit viuere corde, docet
Barbarà Caſtalides conuincunt pectora Muſæ
His ſine quod turpi ſordeat omne luto
Gręcia non factis tantum, Sed fęta camœnis
Non ſecus ac magno phœbus in axe micat
Aſſyriis tantum nec dat victoria Cyri
Egregiæ quantum laudis homerus habet
Non Pyrrhus,non fluctiſoni explorator vlyſſes
æquoris, aut domuit qui fera monſtra Caci

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Non Aiax valuit tantum, non AEacus ille
Qui magno priſcos a Ioue traxit auos
Hic ſe maiorem quod muſis eſſe putarit
Pegaſeo quamuis flumine potus erat
Nec Cęſar, nec Craſſus amat ſua pręlia, quantum
Aonias liquido fonte bibiſſe deas
Hæc ſunt quę Regnũ decorant, hęc Gloria Regis
Complecti patrio carmina blanda ſinu
Non auerſari quas dant mortalibus artes
Numina, quæ patrio ſydera more regunt
Haud aſpernari doctos, ſed amaſſe Mineruam
E cerebro natam quam Iouis eſſe ferunt
Muſarum ſiquidem pater eſt Deus, ille camænas
Gignit, & has ſummo ducit ab axe deas
Pignora ſunt artes diuini vera fauoris
Et data mortali lux recolenda viro
Quam manus heroum, & Regalia Sceptra, tuentur
Ac ferę efficiunt poſteritatis opus
Nam Regale quidem ſtatuit pater ipſe Thalię
Pręſidium, & magno cura ſit illa duci
Nitier vt placido ſub ſceptro fata camænę
Et ſua ne vili munera ſorte trahant
Ac certe heroas, quorum virtute Minerua
Collato fauſtos ducit honore dies
Ipſe quidem mundi rector ſucceſſibus ornat
Hoc diuturna equidem pace rependit opus
Et bene

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Et bene firmato cumularit limite Regni
Quas non vlla dies depopuletur opes
Sic nihil huic deſit patriæ, quam ſacra coronant
Quæ patris ęterni dogmata voce fluunt
Quæ conteſtari, quę fida mente tueri
Principis eſt hercle Gloria prima viri
Hancq; docere ſalus vera eſt mortalibus, ex quo
Noſcere perpetuum, vita ſit ipſa, deum
Maieſtas igitur ſano cum Regia muſas
Pectore diuinas conſilioq; colat
Et ſua diſpargat Chriſtum per rura, profecto
AEternæ debet laudis habere vias
Hinc etenim ſurgit, nunq̃ facienda minoris
Gloria, Phocionis q̃ proba facta pij
Quam ducis æmathij totum confecta per orbem
Pręlia, quæ ſeræ poſteritatis erunt
Quam fortunati victricia Cęſaris arma
Aut capitolini nomina magna Iouis
Conferri his nunq̃ priſcorum poſſe trophæa
Certum eſt, hæc lato ſint licet acta foro
Non pompeianos ea ſtat ſententia currus
Mirari, Bruti nec moror acta probi
Humanos longe ſenſus humanaq; facta
Vincit, inexhauſtum cernere mente Deum
Cętera nam peritura, Deum vidiſſe perhenne, at
Conſpicitur vera relligione Deus

Et patet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Et pâter e ſacro, quod verbum reddidit orbi,
Vnde ſalus homini vitaq; vera fluit
Hunc igitur quoniam Maieſtas Regia Chriſtum
Seruat & ęterni iuſſa verenda patris
Tu fælix lętare, leueſq; ad ſydera palmas
Tolle, nec iniuſtas Haffnia funde preces
Sed gratare tuo qui nunc tenet inclyta Regi
Menia, ſucceſſus voce precare duci
Et fortunatam credas te Regis honore
Nemo quidem poſſit quo meliore frui
Noſtra ꝙ haud tantum Reſpublica legibus aucta
Nequaq̄ iniuſti ſentiat arma ducis
Sed mage ꝙ veræ multo pietatis amicus
Perfecto Chriſtum corde fideq; colat
Ingenio cuius modo Dania fulget & armis
Ac medio profert æquore lęta roſas
Hoſpitiumq; pij maneant Regalia cætus
Sceptra, nec a poſita Relligione ruant
Tetra prophanorum metuant nec dicta virorum
Vllius haud curent arma minaſq; viri
Sed patris æterni natum Rex pectore Chriſtum
Et toto verum concipe corde Deum
Hic tibi ſit murus, ſit propugnacula, regni
Ante quidem multo qui tibi ſceptra dedit
Sic eris haud dubie fælix, gladiumq; nepotes
Maieſtatis aui gloria ſumma, ferent

Quare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Quare age clariſonas, facileſq; ad ſydera voces
In liquidum dulces aera ſparge ſonos,
Mœnia nectareis Regalia floribus orna
Et phœbo pęan Hafnia grata cane.
Ingreſſumq; ducis Doctorum turba virorum
Commenda, quibus eſt maxima cura, diis.
Poſt in conſpectum Regi procede Senatus,
Atq; ſalutato fauſta precare Deo.
Totaq; plebs (moneo) claram mirabere pompā
Puniceaq; tuos excipe fronte patres.
Et comites reuerenter habe, celereſq; miniſtros
Magnificum fortes qui comitantur herum,
Horum etenim gladiis tutos Rex condit honores
Haudq; parum fidi militis arma putat.
Mens licet hęc Generoſa ducis, ſe malle tenere
Imperij querulo libera ſceptra metu,
Ceruices populi q̃ marte domare timentis,
Triſticiæ cuius pectora ſanguis habet.
Nam mihi dic plebis quid poſſit parta fauore
Gratia, quid vulgi libera vota queant?
Nonne tibi regni maieſtas ipſa videtur
Plebis in expanſo pene latere ſinu?
ꝙ quæ quiſq; coactus agit, nec conficit vltro
Oderit, hæc quamuis diſſimulare poteſt.
Ac auerſatur ſupreſſo pectore, quicquid
Spontanea minime perficit ipſe manu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Non igitur ſuſpecta ſiet tibi pompâ, triumphi
Quæ veteris quodam dat tibi ſigna modo,
Sed florens priſcas imitaberis Hafnia laudes
Atq; ingreſſuro fer pia vota duci.
Succeſſusq; NOVI fortunæ Principis ora
Qui magna ſequitur dexteritate patrem,
Ille ſuam longos vt vitam extendat in annos
Et videat patria ſceptra nitere domo.
Vitet Bella, ſui veſtigia patris adoret,
Nec ſęuum Martis deueneretur opus.
Aſt Euangelij lucem, quam reddidit orbi
Ipſe deus, tota fidus amarit ope,
Et Chriſtum noſtræ autorem ſciat eſſe ſalutis,
Hinc, vitam pura fidere mente deo.
Atq; libens noſtræ ſtudeat pia commoda gentis,
æquus & opreſſos qua licet arte, iuuet.
Ac patrio facilem ſe conſultantibus ore
Prebeat, ille dato mitis honore ſiet.
Tum tanta virtute potens Agamemnona vincat
Euboicas multa qui rate triuit aquas.
Huic etenim collatus honos, regalia faſtum
Et minime gratos ſceptra dedere lares,
Quod conuerſari paucis, & ſpernere quoſuis,
Iura ſodalitij cuncta prioris odit,
Gratia pręteriti nec adeſt magis vlla fauoris,
Turpiter at noti militis ora fugit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Id demum Regale putãs, contemnere quorũ
Deprendit ſociam ſępius ante fidem.
Ergo Mycenæus multorum ſuſtinet iram,
Atq; adeo fratri diſplicet ille ſuo.
Ignorans ſtolidus firmum non poſſe teneri
Imperium, tuto ſceptra nec iſta dari,
Quæ fauor extinctus populi conuellit & arctat,
Vt potior merito, qui caret enſe, ſiet.
Nequaq̃ ſunt tuta, metu quęcunq; tenentur
Sceptra, nec in longos ſtant adeunda dies.
Quem metuunt, odiunt, ſed Gratia firmat habenas
Imperij, & ſancta dat fauor arce frui.
Quare nemo quidem ſua rectius arma parauit
Auguſto, neq; quid maius in vrbe fuit,
Cuius nequaq̃ rapuit violentia faſces,
Sed ſacra tenuit dexteritate datos.
Maluerit ꝙ amore ſuis & nomine charus,
q̃ gladiis atrox ciuibus eſſe bonis.
Diuinum cuius deuictæ nomen honorant
Et mira gentes relligione colunt.
Nam natura quidem venerandos dictat, amica
Nos prompti quotquot ſorte tulere, viros.
Et ſiet Auguſti tum demum gloria mundo
Deturbanda, nitens cum ruat axe polus,
Aut Canis vndiſonum deſerto decidat orbe
AEthereo & ſiccus combibat ore fretum.

Ante

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Antē quidem vaſti diſtracta repagula mundi
Confundant tumido cęlica caſtra ſalo,
q̃ Romana pij ſileat ducis aula, virentis
Sed feret Auguſto nomina clara Iouis.
Ac capitolina ſtet numen in ӕde, vocatus
Audiat, & ſurdas non velit eſſe preces.
Diuinis igitur cur Cęſar honoribus ille
Fulget, & antiquos cur nitet inter auos?
Nunquid inexhauſto quia marte infecerit orbē,
Mouerit Aſſyriis aſpera bella viris?
Aut patrios quia turbarit mucrone penates,
Suppoſitoq; velut ſtrauerit igne lares?
Aut, quę principibus largita modeſtia paucis
Hunc notum toto fecerit orbe virum?
Certe equidem hinc tanti cōplector nominis illud
Quod face non potis es tollere Iuno, decus.
Quod magno nunq̃ poteris Neptune tridente
Frangere, quantumuis magna tridente facis.
Mitis in ӕternos ſua nomina prorogat annos,
Quid? multum ӕternos eſt habuiſſe dies.
Auguſti precor ergo vias clariſſime Regum
Elige, clementem vt ſecla futura canant.
Et te non patrios tantum expreſſiſſe diſerta
Sed priſci mores Cęſaris, ora ferent.
Manſuetumq; vocent, mitem ac ea caſtra ſequutū
In quibus haud multo terra cruore ſtetit.

Vrit

Vrit enim Gradiuus ãgros,ſata lęta colonum
Obterit,& multis quaſſat aratra malis.
Ciuibus exitium,placidis dat triſtia rebus,
Et roſeo viduas ſanguine nare domus.
Egregiæ turbat deinc Nobilitatis honores
Sic tandem regnis vltima fata parans.
Longe igitur noſtro pellatur ab orbe Quirinus
Et celeres Regni, pax moderetur equos.
Sic tu conceſſo non ſolum clarus honore
Sed longo certe fine beatus eris.
Dania quod plauſu tibi tota precatur ouanti
Et dulci cumulat fata ſecunda melo.
Regia ſed nunc ipſa quidem plus Haffnia voti
Soluit,& excelſo ſupplicat vſq; deo,
Vt velit imperium fęlix,& Regis honores
Perpetuos ,omni nomina ſtanda die.
Eia age tolle moras,lętasq; ad ſydera palmas
Vrbs ornata pio fer precor alma duce.
Ingreſſumq; probi precibus cape libera Regis
Et portas intra numen habeto tuas.
Fuſa per expanſas lętetur in vrbe plateas
Et facili pubes noſtra det ore ſonos,
Ac toto Regi,canat omen pectore,noſtro
Commendetq; vni Danica ſceptra deo.
Et tu comploſis pæan cane CIMBRIA palmis
Cimbria Cimmeriis non adeunda viris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Non etenim tua Cimmerias lux clara tenebras
Admittuntqꝫ feras nec tua colla manus.
Cimmerios quamuis tranſlato nomine Cimbros
Inſigni placeat dicere ſępe viro.
Cimbrorum cecidit Romana potentia marte,
Et noſtras miſere pertulit illa faces.
Cimmerios nunq̃ gladios, nec barbara vidit
Tincta latent Scythico quæ procul arma ſinu.
Quos adiit triſtis ſua fata ſequutus Vlyſſes
Internas dubia cum rate ſulcat aquas.
Venit at in noſtrum nequaq̃ ſubdolus orbem
Hanc neqꝫ luſtrauit penelopęus humum.
Quare Cimmerio rigeas perfuſe liquore
Perdere qui noſtræ nomina laudis amas.
Tu tamen interea tolles o Cimbria gratas
Ad ſuperos, quorum gloria vera, manus.
Principibuſqꝫ precare tuis victricia ſemper
Arma, deo vt poſſint ſceptra fauente, regi.
Tu quoqꝫ dulciſonis Sialandia vocibus ora
Succeſſus, dare quos tu deus alme potes.
Et placido regem vultu comitare reuerſum
Sicut id ESGERVS lux tua magna, facit.
Miles hic auratus Bildonum e ſtemmate ſurgit
Ac ſummo patriam condit honore domum.
Hic primos ſanctis a Rgibus occupat orbes
Quemqꝫ dedere ornat, fata ſecunda, locum.

Fortuna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Fortuna ac opibus tantis cumulatus, vt vlli
Diuitiis minime ceſſerit ipſe viro.
Prędia quot teneat,quot ditia rura,colonos,
Quo comitatu altos luſtrat in vrbe gradus
Arcibus ac quibus hic pręſit,quo ſingula iure
Quoq; animi motu credita cuncta tenet,
Forſitan integrum foret id mihi dicere, ſi non
Duceret in longas me mea cura vias.
Id tamen hic referam, tanti ꝙ curia iuſſus,
Audiat, & monitus Regia tota, viri.
Curia nam veluti priſco Romana magiſtro
Paruit, Auſoniæ cum ſtetit vrbis honos
Haud ſecus Eſgero incumbunt ea munera Bilde
Niti vt legitimis ſplendeat aula modis.
Huius & eſt ſancto ſuffragia prima Senatu
Tum dare, cum grauibus queſtio rebus erit
Propterea ſummis hic fulget honoribus, atq;
Tam fauſto Regis tangit in orbe, latus.
Quæq; iaces medio ſulcanda Fionia ponto
Lęta precor noſtro brachia tende duci.
Preſertim pompam modo ꝙ tuus augeat heros
FRISIVS ille ſui gloria prima ſoli
Hic ſiquidem magno regalia ſceptra decore
Subſequitur, celebri conditione potens
Non tantum priſca ꝙ nobilitate coruſcet
Et trahat a veteri ſtemmata longa domo.

Nec Re

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Nec Regum quia conſiliis interſit & actis,
Sint licet hæc ſummo digna putanda viro
Sed certe prudens ꝙ honeſtis pectora Muſis
Imbuerit, Decus his maximum ineſſe ratus.
Viderit Italicos magno diſcrimine muros
Totius & Romam quæ caput orbis erat.
Viderit & florens Alemannia quicquid honoris
Quicquid & egregij Gallia ruris habet
Ingenti doctos ꝙ complectatur amore
Et ſtudiis, quantum fas ſiet, addat opis.
Deniq ꝙ vero pietatem corde ſequatur,
Atq deum prima relligione colat.
Hoc certe memorare libet, dignumq relatu eſt
Vt tanti cunctis laus ſit aperta viri.
Hoc decus, hoc veros hercle cumularit honores
Eſt quibus exitium nulla datura dies.
Gloria perpetuos equidem viſura nepotes
Dignaq ventura poſteritate legi.
Tum ſi quid noſtris concedet Apollo camœnis
Et liceat fauſta viuere luce diu.
Ardua ſi cultum tranſcendat tempora carmen
Implicet æternos caſta minerua ſinus.
Ne Mecęnatum dubites clariſſime, longos
Viſurum tete, munera noſtra, dies.
Te virtus, pietaſq ſimul, te ſtemma coronat,
Et mihi præduro tempore nota fides

Qua

Quã mea, ne premerent nimiũ ferã, fata leuabãs
  Prȩſidio vt ſtarem lȩtior vſq; tuo.
Tu mihi Munificos iuſto poſt ordine Reges
  Ponare, & celebri ſtent tua facta loco
Vt diſcat quanto virtus tua pondere conſtat,
  Hȩc niuea ſi quis carmina fronte legat.
Viue decus patriæ, fer opem mitiſſime rebus
  Quæ prope cenſeri procubuiſſe queant.
Hac precor exultes veneranda Fionia luce
  Vtq; diu noſtro viuat in orbe, roga.
Aſſidet huic, fulgens vexillis nomen, ERICVS
  Qui trahit, & veteri non minor extat auo
Quem, quod Romani Titum dixere, profecto
  Delitias populi noueris eſſe virum.
Hic quo ſubiectam moderatur pectore turbam
  Qua fert agricolas commoditate probos,
Teſtis es arctoo terrarum quicquid in orbe,
  Lumine proſpectas candidiore diem.
Nulla quidem potis eſt huius delere vetuſtas
  Quod noſtro clarum nomen in orbe nitet,
Quin ætas Magnum veniens memorabit Ericum
  Et vexilla, dies, fauſta, futura canet.
Ordine contingunt ANDREam carmina Bilde
  Noſtra, parem priſcis nobilitate virum.
Hic quoq; Bildonum prȩluſtri ſanguine cretus
  Egregio, veluti ſtipite, prodit auo,

C Quem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Quem virtus magnum reddit, pietasq; ꝓbatũ, vt
Ille Senatorum dignus honore ſiet.
Huic olim haud faciles preſſerunt pectora curæ
Legati duras dum gerit ille vices,
Cęſareã iuſto ſequitur quando agmine põpã
Et celeres Rheni lumine cernit aquas.
Credita florenti ſed fine negotia prudens
Terminat, ac placido perficit omne deo,
Et reducem fortuna dedit virtutis alumnum
Qui fauſto patrios attigit ore lares.
Nam reſponſa tulit tam ſancto digna ſenatu
In quo poſtremum non tenet ipſe locum.
Tu quoq; & Albentes ditiſſima Scania palmas
Tolle, fer ęthereo brachia tota deo,
Regibus oratum fęlicia ſecula noſtris,
Vt teneant miti pectore regna duces.
Quod tuꝰ exoptat, qui nũc quoq; miles in vrbẽ
Ingreditur, cupidis prata per actus equis,
Bildonũ patrio NICOLAVS ſtemmate natus,
Canitie multum conſpiciendus Eques.
Et fauſtos Regi promptus gratatur honores
Fundit & electo vota ſecunda duci.
Hoſtibus, arma rogat noſtris victritia, pulſis
Vt patriæ huic liceat pace fideq; frui.
Vir multa virtute nitens, ſermone beningnus
Qui placido quoduis pectore luſtrat opus,

Haud te

Haud temere ignotis inconuẽnientia rebus
Aſt animi magno pondere verba ferens.
Hunc ſequitur nomen tribuit cui Rudhe, KA-
Moribus inſignẽ quẽ liquet eſſe virũ (nutus
Ille ſenex venerandus, & omni dignus honore,
Dinumerat vitæ plurima luſtra ſuæ.
Huic quoq; Sicilides non triſti lumine Muſæ,
Pegaſeo dederant flumina larga ſinu.
Et cultam ſtudiis primam fecere iuuentam
Quæ monimenta ætas fida ſenilis habet.
Peneq; poſtremis induſtria vera diebus
Olim qua viguit chara iuuenta, manet.
Huius contingit latus, ille KANVTVS, amicũ
Aurea cui nomen claraq; ſtella dedit.
Vir multis vitæ perfunctus caſibus, orbis
Dum varias luſtrat triſte per omne, plagas.
Magna quidẽ hunc decorat rerũ prudẽtia, miro
Omnia conſilio ac pectore facta probat,
Iuditium haud vulgare viri, ſed quodq; decenti
Natiuoq;, pari, flore colorat, ope.
Expendens rerum quid prudens ordo popoſcit
Et proprio ſignat ſanguine quodq; ſagax.
Hunc pietas Germana virum conueſtit, & inſtar
Florentis cingit pectora lata roſę.
Mirus hic inuentor rerum, vt quę nemo putarit
Expediunda, ſuis acta dat ille modis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Et lepido ſermone valens vaga tempora fallit,
Mixta eſt iucundis vita modeſta iocis.
Adde ꝙ inſignem patria colat arte poeſin,
Et magna Rithmos dexteritate paret.
Tantum eſt Aonias viridi guſtaſſe iuuenta,
Hę ſiquidem exornant tempora ſera, deas.
OTTO, quē Krūpen dicunt, huic ꝓximꝰ aſtat,
Nobilitatis amans militiæq; potens.
Nam priſco cum ſit prognatus ſtemmate, certe
Laudis plus victo forſitan hoſte gerit.
Huius enim ductu vicinos miles in agros
Danicus, ardenti protulit arma manu.
Et detractantem imperium compeſcuit hoſtem
Pęnaq; diſtracti fęderis ampla fuit,
Ac cum fęlici hos egit poſt marte triumphos
Hoc Krumpen merito ſplendeat ipſe loco.
Nūc mihi MAGNE venis paruo mēorāde libe.
Cui tamē eſt longos Muſa datura dies (llo
Magne, dedit nomen cui preſtans, aurea celſo
Quę fundit radios ſtella comata polo.
Hunc vidit Iudea virum, qua altiſſimus vmbras
Exiguas medio phœbus in axe facit.
Terra Redētoris Chriſti pede trita, Sepulchrum
Idem vbi ſaluifico liquit honore Deus.
Hocq; frequentari ſolitum eſt quo tēpore tutos
Creteo licuit flumine ferre pedes.

Dumq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Dumqꝫ duces Aſiam noſtri tenuere, profecto
Hęc loca non minimum ſacra videre fuit.
Hũc igitur prudens rerum experientia magnum
Difficiliſqꝫ, dato reddit honore virum.
Quo fuit Anguipedes rumor valuiſſe Gigantes
Horum dum manibus Pelion Oſſa ſubit.
Hoc PETRVM fama eſt, qui SKrã cognoĩe
Robore preſtantes exuperare viros. (dictus
Si Cata vel phractus vel ſi ſpectetur inermis
Egregij ſemper militis ora feret.
Nil tamen vrbanæ minus hic veſtigia vitæ
Sub quauis ſequitur conditione probus.
Ergo Senatorum iam dudum pollet honore
Duraqꝫ pacata munera mente tenet.
Hinc te Troile petet ꝓperans BIRGERE Tha
O mihi Diuinos inter habende viros. (lia
Quæ motus animi fęlices lingua modeſti
Rettulerit, dona aut pectoris ampla tui?
Quis fando valeat pietatem ferre per auras
Qua tu vel ſummos, vincis in orbe Duces?
Sed certe pietas, æternaqꝫ vita, deorum
Munera ſunt, ſancta dona tributa manu.
Te quotiens noſtro complector lumine, priſcæ
Me gentis certe ſigna videre puto,
Nam decorat vitam veneranda modeſtia, faſtum
Pellit, quæ pietas pectora ſacra tenet.

Qua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Quàpropter magná tua nomina laude feruntur
Turbaq; te merito dictat honore frui.
Et probitas mirãda quidẽ cõmẽdat ERICVM
Cui dat cognomen Bulla caduca viro.
Huius te moueat cognominis vſus, agenda
Eſſe quidem vitæ tempora cauta tuæ.
Turgida namq; hominis referat quũ bulla figurã
Et vitæ dubios monſtret aperta dies.
Conſilio certe fallaces egeris annos
Exiguæq; breues ſortis amato vias
Sic, ne ſecurum incertæ ſub limina mortis
Pręcipitem veniens hora nouerca dabit.
Nam veluti tumidis inflatur lucida ventis
Lataq; per medias brachia fundit aquas,
Nil tamen intus alit, ſed inanes bulla receſſus
Et mox lapſuros parturit ipſa ſinus.
Non aliter mortale genus velut ęquore vectum
In mediis miſere fluctuat vſq; vadis.
Incertamq; trahit ſub iniquo pondere vitam
Cognita nec diræ tempora mortis habet
Sed vitreo ſplendens veluti vaga flumine bulla
Vix oculis medio gurgite viſa, perit
Vita hominum faſtu ſic deformata ſuperbo
Incerto fati tempore fracta cadit.
Nec longa Regnum concedit ſorte potiri,
Nec tibi dat longas mytra vidęre dies.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Non vitam extendit populos domuiſſe feroces,
Arma ve per lybicos ſęua tuliſſe lares.
Non letho eripiet Romanos ſcandere currus,
Longaq; nec Scythico bella mouere mari.
Non magnis latum contendere motibus orbem,
Et quatere extremum,qui colit arua gregem
Non Thebas ſtatuiſſe,nec inuia quærere rura,
Eximit a parcę fila trahente manu.
Omnia ſed morti cedunt,non ardua muris
Mœnia,nec proprium tecta tuentur herum.
Quin quo quodq; magis ſuperas ſe attollit in au-
(ras
Hoc mage ſubiectū lapſibus eſſe ſcias.
Vidi ego,vel ſummos frondente cacumine cęlos
Quę pinus rigidis tangeret orbe comis.
Aſt ſubito,miſit quod cęlum,fulgure tactam
Continuo tantis exaruiſſe malis.
Cum tamen interea arbuſtis non vlla nocerent
Tela,quibus noſter concutit aſtra deus.
Nam certe montes ſęuiſſima fulgura tangunt
Cum ſit depreſſa valle petita quies.
Et quanto terram proſpectat nauta relictam
Longius,hic ſummas dum rate ſulcat aquas,
Tanto equidem maiora ſubit,quibus ille periclis
Nunc vitæ tradet commoda cuncta ſuæ.
Tutius eſt igitur primis te ludere ripis
Diſcrimen q̃ alto triſte ſubire mari.

Ac ima

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Ac ima potius libeat requieſcere valle
Et tecto dumis, ducere fata loco.
q̃ fera montanis horrere tonitrua, quando
Iupiter hęc liquido torquet ab axe, iugis.
Et quoniã mors nigra ſuis premit omne tenebris
Quod viuit, flexa ſingula falce necans.
Certe equidẽ vitę tempus prudenter habendũ eſt
Et iuſta noſtri ſtent ratione dies.
Ne nos incautos oppreſſerit inuida, rumpit
Stamine cum medio fila peracta, dea.
Non etenim tardet mors omnia tollere docta.
Sed quo tu minime tempore reris, adeſt.
Hęc cantanda dedit clari cognomen Erici
Quod bullæ fragilis conditione nitet.
Nunc vero OLAVM quem Munch cognomine
Muſa refer, magnũ ſtẽmate & arte virũ (dicũt
Hunc quoq; ſplendenti fortuna coronat amictu
Sorſq; facit celebri lęta ſedere loco
Quem chorus Aonidũ minimo non veſtit honore
Hic ꝙ Gorgonei flumina traxit equi.
Et celſas doctę conſcendit palladis arces
Hauſit vbi ingenio commoda multa ſuo.
Doctrinam pietas ornat, ſplendetq; paterna,
Quam virtus decorat nobilitate, domo.
Hinc ſedet, ingenio nulli qui cedit, ERICVS
Krabbe, vir ætatis digna corona ſuæ.

multa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Multũ equidẽ ſacro prudens Helicone liquoris,
  Vel cuſtoditum Bellerophonte, bibit.
Huic gratum Muſæ nomen, famamq; perhennẽ
  Et non lapſuros fata dedere dies,
Sẽper enim doctrina viri, pietasq; per alta,
  Vecta quidem æternis, aſtra ferantur equis.
Huic probitas cordi eſt, & molli gratia dicto,
  Manſuetos hilari reddere voce ſonos.
Iuraq; quid valeant Ciuilia vidit, & artes
  Laudanda didicit ſedulitate bonas.
Conſiliis quapropter agit, cum limina rebus
  Conſtituit, quęrens cauſa quid ipſa velit.
Et ſemper trahit ipſo a fonte negocia, nunq̃
  Iudicium verbo plebis, at arte probat.
Gratia non igitur leuis hunc comitatur Ericũ
  Aſt hominum magno vita fauore meat.
Hũc iuxta lepido ſedet HARDENBERGIVS
  Qui vetus exornat flore fideq; genus.(ore,
Claraq; defuncti ſequitur veſtigia patris,
  Virtutes mira dexteritate colens.
Adde ꝙ & Muſas non dedignatur honore
  Quo velit has merito Iupiter ipſe frui.
Sed recipit doctos, ſacras veneratur & artes,
  Et data quę ſtudiis pectora noſcit, amat.
Huius propterea non parua nomina laude
  Condecorant patria, ſtemmata longa, domo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Hinc meā te tāgūt ANTONI carīna Bryſke
Vtq; meant facili da precor ipſe via.
Preter enim claro genius ꝙ honore coruſcet
Ac iuſtis opibus ſplendeat ille tuus.
Hoc quoq; poſtrema non laude feratur, auito
Stemmate, te vitę ducere fata tuæ,
Aſt etiam hoc commune malis, nec ſtipite raro
Germen ab inſigni putre reſurgit humo,
Pectora ſed quoniam Muſis polienda dediſti
Dona peregrinę dum petis ampla ſcholæ,
Egregias auida perdiſcens mente Camœnas
Collato vt merito dignus honore ſies,
Ac vitam virtute regis, non clara peroſus
Quæ ſtudia inſigni parta labore tenes.
Hoc certe proprium, nunq̄ nebulonibus vllis
Contigit, Aſt ſoli laus ſiet iſta bono.
Ach muſis quantū eſt teneris cōſueſcere ab ānis
Vt tantis niteat prima iuuenta Deis.
Certe equidē noſtrę fuit hęc ſententia menti
Hęcq; animo ſemper ſunt bene viſa meo.
Eſſe nihil lato quod phœbus lumine cernit
(Hunc ſiquidē referūt cuncta videre Deū)
Collatū ſtudijs quod non tibi protinus omne
Sordeat, Ingenij hęc libera dicta mei.
Quare operas fidę veras quicunq; Mineruæ
Et tribuit ſtudijs pectora tota bonis.

Cur tibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Cur tibi non quouis merito videatur honore
Dignus, vt expenſis pręmia laude feret?
Adde ꝙ & rerum melius ratione mouentur,
Flumina qui Aonio larga bibere ſinu.
Atq; introſpiciunt citius commune periclum,
Quod nulla cultum forſitan arte fugit,
Commoda proſpectant & docti publica, certe
Illa quidem indoctos ſępe latere ſolent.
Preclaræ ſtudium quapropter nobilitatis
Haud digna ſatis extollere laude queam.
Eſtu ꝙ tanto nitatur pectoris, arti
Tradere, Connubij pignora ſancta ſui.
Et curare bonis ſua viſcera floribus ornari
vlla nequit prorſus quos ſpoliare dies.
Tum mihi nunc videor Generoſos noſtra Ma=
Dania, quo plures eſt habitura, diem. (rones
Macte igitur propera preſtans virtute ſenatus,
Sis decus egregijs præſidiumq; viris.
Idq; vel imprimis Antoni feceris, eſſe
Dum velis hoc, quod tu diceris eſſe, pius.
Hoc Antoninus fecit PIVS ille ſub ipſo
Quem tua permittas nomine facta ſequi.
Moribus hinc clarus venit ille GEORGIVS, i
Quem fama nouit Gallia tota virum. (pſa
Hic de fortuna cognomina colligit, vnde
Løcke quidem patrio dicitur ille ſono

Huic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Huic certe maius pietas inſigne reliquit
q̄ quod ab antiquis alter adorat auis.
Huic virtus clypeum non dat veneranda minorē
q̄ qui ſepteno tergore factus erat.
Nam ꝙ erat dominus clypei ſeptemplicis Aiax
Haud potuit tutos id tribuiſſe dies.
Sed verbo victus rabiem in ſua viſcera vertit
Et ſibi crudeles intulit ipſe manus.
Aſt cuius munit virtus gratiſſima vitam
Ac mens nullius conſcia facta mali,
Ille quidem nullo clypeum mucrone ſecandum
Corporis at poſuit tegmina firma ſui.
Principis hyſtoriam Germani nouimus, illa
Qua Rhenus vitreas parte recuruat aquas.
Hanc referam. Quondā pariter cum forte ſederēt
Teutonicos clari qui moderantur agros,
Sermoqꝫ cum lepidus vacuas ſonuiſſet in auras
Talia ceperunt texere verba duces.
Si libet, vnus ait, noſtros referamus honores
Et qua quiſqꝫ magis commoditate valet.
Quatuor hac noſtrū quamuis modo ſede morētur
Sors tamen haud omnes occupat vna viros.
Vtqꝫ arriſiſſent, prior eſt ſic orſus, in vrbes
Condo poteſtatis munera ſumma meę.
Imperio ſiquidem quæ noſtro paret, opimas
Quas rogo diuitias ciuica turba tenet,

Mœnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Mœnia quis vidit maiori robore ſtructa
    q̄ modo quæ noſtra tecta videntur humo?
Non igitur fælix, cui multa pecunia primum
    Suppetit, & fidis imperat inde viris?
Nam belli vires illinc ſibi comparet, aſt hinc
    Quo ſe coniciat preſſus ab hoſte, vide.
Finiit, hunc ſenior ſequitur, me paſcua dixit
    Læta beant, pariter copia larga bouum.
Noſtra quidem pecorum numero prouincia, ſicut
    Piſce quoq; eſt omni maior habenda loco.
Tu nummos, tu coge viros, ego pabula preſtem
    Quis noſtras hoſtis fregerit oro manus?
Tertius excepto pergit ſermone, minaces
    Noſtra fouet pingui ceſpite terra feras.
Noſtris Ceruus agris, timidi ſunt munera damę
    Noſtra, lepus caſſes non fugit ipſe meos.
Nam modo concluſos ętas videt integra ſaltus
    Mille quibus cernas luxuriare feras
Has, vbi cum ſitt a nobis tibi facta poteſtas,
    Non aliter trepidas hic agitare licet,
AEmathio quondam q̄ qua ratione tyranno
    Hortenſes placuit tollere ſtrage feras.
Tempore (fide maius) quo ſolus forte leonem
    Excipit, & domitum tradidit ipſe neci.
Preterea noſtris fodiuntur montibus, illa
    Quæ vaſto imperitant fulua metalla mari

Quæ

Quę terris leges, homini quæ iura miniſtrant,
Quæ fieri e noſtra ſingula mente docent.
Quid? tibi num generum videatur Cęſaris eſſe
Principibusq; parum poſſe placere viris ?
Conſilio, rerumq; vſu ac ratione valemus,
Nunquid non fælix ſors tibi noſtra liquet?
Ac dictis tumidæ poſuiſſe ſilentia voci
Fertur, & hinc quarto ſigna dediſſe duci,
Qui poſtq̄ aſſurgit, veniamq; precatur, amico
Omnia cum proceres pectore (dixit)eant.
Haudquaq̄ nobis veſtros mens ſpernere iuſſus,
Fortunæ dicam ſumma ſed ipſa meę.
Principo ſpacium, parui conceſsit agelli
Clauſaq; ſors latitat limite noſtra breui.
Non opibus turgent igitur mea pectora largis
Bella nec eſt animus marte furente ſequi.
Nec vaſtas implet mihi lęta pecunia ciſtas
Exiguo ſubſtant ſed mea fata lucro.
Hoc tamen attribuit noſtro fortuna labori
Et dedit hæc menti premia ſancta meę.
q; mihi vel medijs tutum cuſtode remoto
Sit pratis, longum procubuiſſe Diem,
Et viridi, nullo ſtipato milite, campo
Somnia non trepido carpere longa metu.
Egerit hoc veſtrum quis, quamuis ditior auro
Tam placidos veſtrū quis moderatur agros.

Aſſenſere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Aſſenſere duces, & Quártum iure beatum
Qui tam ſęcuro degit in orbe, putant.
Maxima quapropter virtus monimenta trahēdę
AEtatis, nullo percita corda malo.
Hęc demum verę veſtigia nobilitatis
Et ſummos decorans gloria certa viros,
Huad quaq̃ admiſiſſe Scelus, quo territa quemq;
Mēs refugit, luſtrat dū vaga quēq;, locū.
Et Perſæ merito ſint digni laude, ꝙ illis
Hæc veluti patria ſacra fuere fide,
ꝙ quæ non fari, neq; cenſebatur honeſtum
Dicere, quæ nullis auribus ęqua forent.
Illa nec exercere fuit iuſtumq; piumq;
Nec fas tam turpi tradere corda notæ.
Vero igitur ſua fata Georgius abdit honore
Dum ſe virtuti comparat vsq; piæ.
Hanc bene perpenſis agnouit Gallia ſignis
Cum magna exornat commoditate virum,
Vt merito primos hic ſplendeat auctus honores
Ac æuum celebri conditione trahat.
Quid quod & huius erat proaui ꝙ Suetia Danis
Ceſſit, fęminea victa proterua manu?
Ille etenim belli cum dux fuit, explicat alas,
Vertit in audaces cornua denſa viros.
Pręſidia hic locat, hic haſtis iubet edere pug-
Arcus at eſt iſtis aptior vsq; locis? (nas
Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Hoc munus tanto fortis ſubit ille labore
    Dum modo conſiliis arteq; cuncta gerit,
Hic laſſos,magna lucri ſpe firmat, & illic
    Reſtituit pulſos, voce crepante, loco.
Donec in extremum coniecto Rege periclum
    Suetia,Danorum tradidit arma duci.
Et Rex qui totiens Reginam ſcommate noſtram
    Lęſerat, ac viduas luſerat ore manus,
Mutata nunc ſorte gemit, vinctuſq; ſuperba
    Fęmineo poſuit colla premenda genu.
Hac etiamnum laude Georgius vtitur, ipſe
    Cum patrios celebri condat honore lares.
Moribus ingenuis,largus,ſtudioſus honeſti
    Et doctos magna dexteritate colens.
Nec TAGO Thot fidos ſiet vltimꝰ inter amicos
    Quos veluti nutrix Scania diues alit.
Ille ſuos leni q̃ tractat mente colonos
    Saluum ſe quorum viuere credit ope,
Fama quidem teſtis latum diſpargit in orbem
    Non obſcura viri nomina tanta ferens.
Sic etenim decet eſſe probum, moderatius illos
    Ferre, quibus vitæ fulcra dat alma ſuæ
Humano ſiquidem ingenio nil diſſidet ęque
    vt nihil indomitis conuenit vſq; feris,
q̃,canis vt ſęuo rabidus furit ore, tyrannum
    Declarare, quibus te decet eſſe patrem.

Stultius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Stultius eſt nitido nihil hac ratione ſub axe
q̄ turpi miſeris imperitare modo.
Quã tibi fortunam tribuit ſors lętior, hanc ne
Ferre putas magnum pectore poſſe bono?
Et talem preſtare virum te, cuius amarit
Subditus aſpectum, nemo peroſus erit?
Agricolas auerſari, terrere colonos
Et dedignari voce, manuq; probos,
Id (mihi crede) viri non eſt, qui poſteritate
Nititur egregium nomen habere ſua.
Nam virtus minime eſt altores corporis, atq;
Qui preſtant vitæ commoda ſumma tuæ,
Hos tamen aut odiſſe, vel alta a ſede repulſos
Sub volucres longe (triſte) putare canes.
Quid q̧ & agricolas effuſo ſanguine Chriſtus
A ſtigijs clemens morte redemit aquis?
Hęredesq; aulæ voluit cæleſtis haberi
Angelicosq; inter ducere ſecla choros.
Ac homines ſunt agricolæ, non ſtipite nati
Quem duro fragilem creſcere monte liquet.
Quid q̧ & ex humili nonnunq̄ fonte perhennis
Naſcitur, & lato riuulus amne fluit?
Nobilitas hinc ipſa venit cum præmia factis
Fortibus, & promptis dantur amica viris.
Iuſte etenim magnis cumulantur honoribus, illi
Qui virtute ſibi larga trophea parant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Nobilitas ſiquidem, virtutis vera corona
Nequaq̄ ſegni præmia danda viro.
Venturo quare Tago recte conſulit æuo
ꝙ iuſte agricolis imperat ipſe ſuis,
Malit & eſſe pater, q̄ turpi more Tyrannus
Cui ſtudium eſt, ſęua tollere quęque manu
Vellera quisquis oui rapuit fidiſſima, non ne
Corpora nuda pilis conſpicienda dedit?
Vellere nuda cutis pluuioſum combibit auſtrū
Et ſaniem toto corpore glabra trahit,
Infectum tabo corpus, languore fatiſcit
Sic ouis in medio concidit actis agro.
Atq; adeo hęc fiunt domino inſpectante, cadentes
Tunc lachrimas primū qui male ſentit herus
Namq; oue non tantum ſpoliari cernit, at omni
Se fructu deinceps iure carere videt.
Annua nunc triſtis deplorat vellera, fimum
Ingemit hic agris interiiſſe ſuis.
Deniq; diſperiit lac & caro, mortua nullum
Vbere poſt caſeum diuite prębet ouis.
Quodq; vel imprimis contriſtat, nulla futurum
Hinc fętura queat multiplicare gregem.
Quapropter nati lachrymantur, & eſurit ipſe
Quem iam nulla fouet cōmoditate bidens.
Nam penitus vitæ ſpem, vellera ſuſtulit, ex quo
Nil cute vel tenues liquerit iſte pilos.

Aſt patris

Aſt patris eſt tondere pecus, veſtigia tonſo
Linquere pręciſi velleris alta, gregi.
Omnia qui prorſus tolles, habeare tyrānus
Et tibi det ſęuus nomina ſęua lupus.
Gloria principibus dites habuiſſe colonos
Ac æqua fieri ſingula lance, decus.
Recte igitur noſtris Tago cōcelebrabere muſis
ꝙ talem rumor te ferat eſſe virum.
Ordine cōſequitur GABRIEL, cui noīna pre-
Aurea, ſeptena cuſpide, ſtella nitens. (ſtat
Laude quidē magna primo vir ſtemmate natus
Sed claro veteres non ine vincit anos.
Et nulli viuit patria virtute ſecundus
Qui bene legitimo terminat omne pede.
Cui magnas natura dedit non inuida dotes
Et celebri iuſſit ducere fata loco.
Non male de muſis ſentit, veneratur at illos
Pęgaſeo tinctos quos ſciat eſſe lacu.
Tum iuſta prudens ſibi tradita lege miniſtrat
Et proprio quoduis iure coronat opus,
Ac ſua diuinæ ſubmittit pectora voci
Audit & ætherei cęlica iuſſa dei.
Sępe quidem id memorans, homini contingere
Quod vera maius ſit pietate, bono. (nūq̄
Nam pietas patriam ſeruat, confirmat amicos,
Hac ſine nulla diu firma futura ſcias,

Optimus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Optimus hic omnes inter, quem poſteritati
    Theſaurum moriens liqueris ipſe, tuæ-
ꝙ pietas etiam in venturos duret amicos,
    Sępe metit patris ſemina iuſta nepos.
Et tutos DAVID Salomoni preſtitit annos,
    Tradidit æterno dum ſua corda Deo,
Cuius in hæredes ſtetit obſeruatio, Gnatus
    A patre fœlices duxit in orbe dies.
Quantumuis patrios cineres, pietate negata
    Fædarat largo crimina fonte bibens.
Attamen huic minime reſcidit fędera pacis
    preſtiterat ſancto quę deus ante patri.
Seruatæ pietatis habet generatio tutos
    Sera annos, longo præmia ſtanda die.
Sicut & impietas nullo firmatur honore,
    Emicuiſſe parum quamlibet iſta queat.
Flagitium breue tempus habet, nebulonibus hora
    Exitium certe lentius orta dabit.
Tempore ſed virtus nullo, pietas ve fatiſcit
    Parca nec hiis ſæuas inicit vlla manus.
Aſt tacitos ſacrata fides, probitaſ ꝙ nepotes
    Tangit, & æthereo dat timor orbe frui.
Recte igitur Gabriel veſtigia ponit in illa,
    Quæ minime recto ducit ab axe, via.
Nunc quem poſtrema florens in ſede locauit
    Ordo ſenatorum, Dicito Muſa virum.

Sed

Sed NICOLAE tuo maiora quis addet honori
  q̄ quibus hoc claros ducis in orbe dies?
Qui veteri Hurnorum cum ſanguine natus, auitã
  Non minima decoras nobilitate domum.
Nam tanto certe moderatam lumine vitam,
  Seclaq; ſpectata conditione trahis.
Vt merito tanta te dignum ſede putarint
  Hoc te qui membrum conſtituere loco.
Prętet enim patrio ꝙ ſtemmate cretus, honores
  Colligis a ſummo ſtipite germen aui,
Hoc quoq; te clarum reddit, ꝙ pectore verum
  Sit tibi vel toto maxima cura ſequi.
Et pietas tua nota, leues non vana per auras
  Nomina fert, probitas te neq; magna tacet.
Nec virtus obſcura, ſitum tibi contrahit, aſt te
  Preſtantem pleno cingit honore virum.
Perq; hominum fert ora tuas tua gloria laudes
  Et patriæ magnum te decus eſſe canit.
Num doctrina minor? minime, virtute ſed aucta
  Clarior eſt, Clario prorſus amata deo.
Phębeo munus decorandum flore, perhenni
  Dignum quod late lumine ſpargat honos.
Dignum quod pia perpetuæ monimenta coronẽt
  Et valido figat marmore laudis iter.
Hunc igitur quotiens contemplor fronte ſenatũ
  Prudentes animos miror, & acta probo.

Heroa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Heroe hanc tanto ꝙ decreuere coronam
Claudi, qua nullo pulchrior orbe liquet.
Nobilitas ſiquidem ſub ſole potentior vſq̄
Non hac conſpicitur, moribus, arte, fide,
Laudeq; maiorum florent, virtute ſed ipſos
Se vincunt, patrios condecorantq; lares.
Maieſtas etenim conceſſus maxima tanti
Explicat, & lato ſe mouet orbe decor,
Huius vt intuitum tota tibi mente vereri
Par ſiet, & meritos ore referre patres.
Nam veluti phœbus lato ſua fundit in orbe
Lumina, Saturni ſydus vt axe nitet,
Quo ſplendet roſeo Cretenſis Iuppiter ore
Dum geminū fulgens tergora curua premit,
Aut ſe qua effuſis dat Cypria fronte videndam
Cum radiis totum percutit alma polum.
Haud alia decus hoc noſtri ratione Senatus
Perſtringit vultus oraq; lęta virum.
Et tamen haud auſtera ſonant de gutture verba
Plenaq; nec ſęuis ſunt pia dicta minis.
Omnia ſed placido cōprendunt lumine, quoduis
Diſponunt patrio more decenter opus.
Et falſum damnare, probi rectiq; tenaces
Nil aſtu, nihil aut fraude dolo ve gerunt.
Quapꝑter magna cumulatus laude ſenatus
Hic noſter, gratum nomen in orbe tenet.

Sic vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Sic vt cum rerum ſint cognita plurima, quarum
Copia Danorum diues ab orbe venit.
Tum quoqꝫ ſancta pium comitatur fama Senatū
Et cunctis mundi partibus ora, ferunt.
Prudentesqꝫ animi motus mirantur, & vſus
Conſilij, & fultos relligione dies.
Virtutesqꝫ probant & honeſto in pectore mores
Ac pulchri ſpetiem corporis vſqꝫ canunt.
Hęc etenim ſunt dona dei, probitate nitere,
Sed mage quæ pulchri corporis acta, placēt.
Muſica iuſta quidem, formam cum clara coronat
Virtus, virtutem cum decor oris habet.
Formoſo at vitium dominari corpore, celſa
Hoſpitem id eſt certe tecta ſubiſſe malum.
Flagitiis animum ſub amœna fronte latentem
Credere, quid? pecudis nonne videtur opus?
Indolis hęc igitur Generoſæ ſigna, modeſto
Lumine virtutes condecorare pias.
Et ſe non vitio, ſtudiis ſed & arte polire,
Certe hęc virtutum ſemina larga ferunt.
Hic quibus ordo ſcatet venerãdus, fluminis inſtar
Cuncta tenens pleno clarus honeſta ſinu.
Quem quia tu claudis Nicolae diſerte ſenatum
Vltimus haudquaq̃ te comitatur honos.
Sed procerum ſpectata vale modo copia. Quæ
Gratanti Regem ſuſcipis ore pium. (nunc
Recte

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Recte igitur votis exultes Haffniá iuſtis
Principibusq; petas proſpera cuncta tuis.
Atq; adeo ſi quæ vaſto iacet Inſula ponto
Pręterea, & celeres gurgite ve tit aquas.
Oceanus ſi pręterea quę littora noſter
Alluit, aut mediis diuidit vnda vadis.
Hęc quoq; vota ferant inuicto maxima Regi
Pacifica vt teneat Danica ſceptra manu.
Ac duraturam ducibus petat incola vitam
Commoda qui toto pectore noſtra ſtudent.
Rex etenī minus hic noſtrum non ꝓmouet orbē
Dum ſibi perpetua tradita pace fouet,
Quam pater ipſe, ſuo Fridericus nomine magnus
Cuius in æternos ſtent monimenta dies.
Hunc ſiquidem pacis ſtudio, fera bella peroſum
Imperium placide continuiſſe ferunt.
Quem quia fęlici ſequitur Rex tramite noſter.
Et patrio, Regni culmina, more tenet,
Ac florere bona potius quum danica pace
Quam lugere graui ſceptra dolore velit,
Ipſa quidem multo talem tibi poſce Corona
Incolumen, quo tu lęta fruare, die.
Hic tibi nam primo vere ſit dignus honore'
Nulli priſcorum ceſſerit ipſe ducum.
Nam licet imperii fines non proferat vltra
Oceanum, medio nec parat arma ſalo,

Ignotam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Ignotam quamuis conferto milite terram
Non petit, aſt latiam ſponte relinquit humū
Gratia quãtumuis nihil hoc timet arma mouēte
Teutonicoq; ſtruit nec fera bella Solo
Quamuis ſecurc, diuiſus ab orbe Britannus
Degit, & in medijs liber oberrat agris,
Quo promouerunt ſua Reges agmina Priſci
Armaq; ſunt varijs cognita noſtra locis,
Fælicíq; Deo noſtris ſtetit alea rebus,
Debita pęna feris hoſtibus vſq; fuit.
Hæc minime quamuis temere molitur, agit ve
Qui lotum Chriſti ſanguine nomen habet.
Quamuis vicinas nec Marte laceſſere gentes
Perdere ſublata pace nec omne ſtudet.
Attamen extremo diſcrimine pulſus in arma
Haud quaq̃ ſicco Bella cruore gerit.
Nunc tria ſuprẽo Sol luſtra peregit in orbe,
Totq; annos roſeum monſtrat Apollo caput.
Hoſtibus hic teneat victor cum ſceptra fugatis,
Omneq; legitima pace miniſtrat opus.
Nã cũ ſtaret adhuc Regnũ ſine principe, magno
Vt dura populi conditione, malo,
Aduenere, Comes longis peregrinus ab oris,
Et Dux vicini qui tenet arua ſoli,
Ingrediturq; ſuis patriam modo Regibus orbam
Et fœtos late depopulatur agros.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Militis ampla quidem ſpacioſo copia campo
Et numero incautos territat ipſa viros.
Graſſari cepere Duces & cogere plebem
Omniaq; in proprios vertere rura lares.
Nobilitas ſequitur diuerſas maxima partes
Et ſtudium quisquis laudat, amatq; ſuum.
Hic parere quidem preſentibus eſſe neceſſe
Dictat, & inuecto ſubdere vota duci.
Nam melius parere parum, q̃ perdere quicq̃d
Mumeris egregij poſſidet atq; ſoli.
Eſſe quidem preſto qui caſtris ſubdere flammas
Et velit ardenti tradere cuncta rogo.
Conſentire igitur preſentibus expedit, alto
Ni dare vulcano commoda noſtra iuuet.
Inuitis promiſſa quidem non vlla nocebunt,
Hoſtibus impune verba fidesq; perit.
Poſtq̃ non hoſtes lateat nos verba coactos
Et dare non iuſto libera vota duci.
Quid ne precor ñro comes hic peregrinus in orbe
Querit, & hic gelidas cur rate turbat aquas?
Haud equidem conſcriptus adeſt, haud agmina
Belligeri ducit militis ampla meo, (iuſſu
Quare vt vitemus diſcrimina tanta, ferendum
Quicquid id eſt, donec corrigat omne Deus.
Hoc quidam ſua verba modo proponere, Quidã
Longe aliis ſoluunt Guttura cauta ſonis,

Commoda

Commoda non etenim Regno ſuadere videntur
Hoſtibus hortantur qui dare colla feris.
Principiis ſiquidem ſi non obſiſtitur, eſſe
Inde quidem patrio magna pericla lari.
Nam velut in ſtipulis vultu furit ignis edaci
Omneqꝫ comprenſum lucida flamma vorat.
Sic ſine lege ruit nullo frenata capiſtro
Cum dubio ſęuit ruſtica turba duce.
Proditũ id hyſtoriis, memorandam Cecropis au-
Tantum ciuili pene periſſe manu. (lam
Pellit in exilium claros dum ciuis alumnos
Commoda qui populi iure probata, gerunt.
Et Triginta capit Reſpublica nota tyrannos
Qui, veluti miſeras ſtat lupus inter oues,
Sic hij diſponunt flauæ cantata mineruæ
Tecta, nec eſt aliquo prẹda relicta loco.
Ciuibus haud igitur ſpacium, nec danda colonis
Tempora ſunt, rebus robora firma nouis,
Ne vel, in hęc longo qui venit tramite miles
Dum Tutore carent occupet ipſe, loca
Vel temere ignotum firmet gens ruſtica regem
Qui dubios cauta traxerit arte viros.
Nec facile eſt ſperanda ſalus, vbi Ruſticus arma
Mouerit, hic curua ſingula falce metet
Exuratqꝫ vrbes, miſcet celer omnia luctu
Et niſi quę potis eſt perdere, nulla petit.

Pręſiden-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Prȩſcidendam igitur hanc eſſe furoribus anſam,
Omnia confundat ne, vaga turba furens.
Ac ſi quid peregre appulſo duce mota malorum
Audeat, aut nocuas mouerit ipſa faces,
Inueniet tantos qui iuſto marte tumultus
Excipiat, turbæ, qui domet acta, rudis.
Quæritur hinc igitur patriæ defenſor, iniquum
Sumere qui contra poſſiet arma ducem.
Quiq; docere hoſtes ſatagit dare tergora victos,
Et dare victori colla ſuperba ſuo,
Quo demum fulti triſtis vaga pila Gradiui
Spernimus, ac inſtar ſit mihi turba pili.
Et fælix Regnum merito cenſebitur, vni
Quod bene ſuadenti pareat vſq; viro.
Forſan & exitium dabit hęc diſcordia noſtræ
Quam tamen incolumem corde precamur,
Ni matura malis liceat reperire futuris (humum.
Conſilia, & noſtris hęc cito rebus erint.
Nec mora, pars votis conſentit, at Altera q̄rit
Quis tanto princeps par queat eſſe malo.
Quis procul aduecto Comiti, magnaq; potito
Parte ſoli, inicere eſt fortia vincla, potis.
Cumq; diu tanto perquirunt munere dignum
Et clarum vera relligione virum.
Ecce ſubit proles Friderici principis, illa
Quę ſacro Chriſti flumine nomen habet.

Hic

Hic Lubbecenſes tunc temporis, agmine muris
Admoto ,cincta preſſerat vrbe,diu.
Quæ cum iam capienda foret,tolerare labores
Amplius vt nequeant mœnia fracta metu.
Nam veluti canum veſtigia pone legentem
Horret ab aſpectu dum fugit agna lupum.
Vtq; patet Niſi pedibus comprenſa columba
Quę prius accipitri,non tamen eſca,fuit.
Sic intra portas gemitu ſonat omne,pauentq;
Nunc quaſi ſupremo tecta videnda die.
Aſt quam fortunam dij decreuere (profecto
Fortunam certum eſt hoc viguiſſe loco)
Haud equidē expectare licet,cui ſceptra Senatus
Danica ſub celebri fert moderanda gradu.
Non etenim regni velut actor poſcitur,aſt hunc
Incola vult priſco Regis honore frui.
Quare caſtra mouet, regniq; miſertus auiti
Cimbrica non tardo milite rura petit.
Declarans regni ſe noſtri malle ſalutem
Quam Lubbecenſum caſtra,doloſq; ſequi.
Hac ſimul vt ventū eſt,medioq; ſtat agmine cūctis
Altior,& preſſam lumine torquet humum
Dicta capit procerum,turbęq; aſtantis amorem
Haurit,& elatos colligit aure ſonos.
Eſſe quidem tempus,quo ſi quid ſceptra mereri
Noſtra queant,noſtris conſulat ipſe malis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Hoſtibus oceanum vires ceſſiſſe, carinis
  Sulcari quater nunc vada noſtra decem.
Milite turbari peregrino tecta,penates,
  Exitiumq; piis non procul eſſe focis.
Omnia pene tenent flammę. Iacet inſula ponto
  Quæ rapidi celeres ſuſtinet hoſtis equos
Inſula ab antiquo Sialandia nomine dicta,
  Ach vexata gemit nunc quibus ipſa`malis.
Omnia turbarunt hoſtes, miſcere prophana
  Sacris,& ſtudium eſt bella ciere deo.
Nam lucos ſpoliare & templo auferre decorem,
  Tollere de ſacris vſibus omne ſciunt.
Caſtra ſolo,murosq; ęquat, Gens deſtruit illa
  Primeuæ quicquid nobilitatis erat.
Nunc mediis Neptunus aquis turbatur,& ipſe
  Mars rigido quamuis fulgeat enſe,timet.
Hoc igitur patriam,regum lectiſſima proles
  Aſſere, quod noſtro nunc viget orbe,malo,
Præmia tam immenſi,tribuant modo fata,laboris
  Hæc cape, victrici ſceptra tenenda manu.
Finierant proceres, Aſt hic tellure morata
  Pauliſper,cęlo lumina grata tulit.
Vtq; patrum tacito collegit pectore voces,
  Scrutaturq; animo dicta futura graui.
Gloria Danorum (dixit) veneranda Senatus
  Et ſpectatorum turba probata virum,

Si quid

Si quid ab ęthereo votis petiiſſe tonante
Fas foret,& ſummos flectere voce deos,
Haud equidem inficior chari me fata parentis
Exoptaſſe ſuo plena ſtetiſſe die.
Non etenim patriæ foret hęc iniuria veſtrę,
Nec gladiis eſſent tot mala verſa nouis.
Aſt homini quoniam diſpenſant tempora parcæ
Iuſta, quibus noſtros fata dedere dies.
(Et dicto exiliunt lachrymæ,frontemq; rigarunt
Ille quibus niuea liberat ora manu)
Nos equidem patrios cineres,famamq; perhennē,
Nominaq; ęthereo vouimus alma deo.
Et pro tot meritis,quibus eſt tua cura parenti
Nota meo,& duro cognita marte fides,
Iam tibi non vllo perituras tempore grates
Reddimus,hinc animo ſemper amande meo.
Sed quantum doleant narrata pericula,conſtat
Omnia cui pateant expediunda deo,
O ſcelus indignum vere,nulliſq; ferendum,
Nomina quis olim clara fuere, viris,
Appulſone procul ſiet hoſti Dania, ſit ne
Pręda rogo manibus nunc laceranda feris?
Dania tot quondam Regum cantata trophæis
Et partis totiens nobilitata bonis,
Iam ne peregrinis tua tradas hoſtibus arma
Externoq; dabis colla regenda duci?

An vex=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

An vexilla manu priſcorum tacta parentum,
Ante quidem proauus quęq; gerebat auus,
Quæ patruus,tandẽq; pater,paulo ante ſepultus
Librabat medio victor in hoſte meus,
Nam minime obſcurum eſt inimicis Regia quãtis
Hec ſtetit, inſultus Dania quotq; tulit.
Vandalicos forti dum pectore libera motus
Suſtinet,& Suecos vincit agitq; viros
Illa ſub Arctoo gens eſt duriſſima mundo
Martis opus certe Suetica turba feri.
Quaꝑpter multo caput haud niſi ſanguine vobis
Subdidit,aſt calido vt caſtra cruore fluunt
Imperium auerſata prius Gens victa capeſcit
Danorumq; diu paruit ipſa duci.
Dum Gallum ſtudio captum nouitatis,& arma
Sectantem,iuſta calliditate premit.
Oceanum hic multis turbarat nauibus, vnde
Facta quidem eſt patruo ſępe querela meo
Cum latrociniis fędarat limina Regni
Cimbriacoq; agitur ſplendida præda mari.
Dum domat iniuſte graſſantem cominus Anglũ
Cogit & in veſtras colla ſuperba manus.
Nec tanti comites alios habuere laboris
Pręter eum vaſto qui colit arua ſalo,
Gnarus at armorum rigidi qui martis, acutã
Tela quidem ſemper figere Scotus,amat.

Motibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Motibus hos(inq̃)magnis emenſa labores,
Dum tot ſummorum ſuſtinet arma virum,
Dania num infeſtis modo ceſſerit hoſtibus, vtrum
Orba quidẽ hinc omnis ſceptra ſalutis erũt?
Accola, quidue comes turbat tua limina, Rheni,
Quidve petit noti dux moderator agri?
Afflictis potius quin tu modo conſule rebus,
Maxima qui regni iura Senatus habes.
Effice ne impune viduis iniuria veſtris
Hęc, velut ex procerum facta timore ſiet,
Effice ne ſtricto pereant mucrone pupilli,
Quo Sathanas vafro perditus hoſte furit.
Effice ne florens olim Reſpublica, labem
Contrahat, aut fuſo ſanguine caſtra natent.
Incenſaſq; extingue faces, frenato ſuperbi
Militis, & gladio dicta retunde ducis.
Sentiat vt gentis ſeſe veſtigia priſcę
Deprendiſſe, nec hoc territa corda, loco.
Me vero haud temere accedentẽ, aſt voce citatũ
Vtere, ſi placeat milite ſiue duce.
Quem mihi cunq; locum tribuat diuina volũtas,
Veram (iuro Deos) experiere fidem.
Et decus hoc cummune ſiet, commune periclum,
Credite, Sors eadem tanget vtrunq; caput,
Dixit. & extẽplo proceres dãt murmura, gratos
Dat ſermone ducis gens ſtupefacta, ſonos.

 Reppertũ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Reppertumqꝫ agnoſcit herum, virtute precatur
Vt patria fęlix Danica ſceptra gerat.
Vrbs ꝓpe Cimbrorũ medio iacet aggere, priſco
Quę colit Horſnenſem nomine turba vocat.
Vrbs veteri virtute potens,vbi mœnia condi
Non patitur quauis libera cede manus.
Conuentus hęc prima nouos, procerũqꝫ coronã
Et lato vidit ſtructa theatra foro.
Hic vbi conſtituunt Friderici viſcera, Regem
Continuo populus voce ſalutat ouans.
Ipſa ſacramentis ſe plebs aſtringit, idemqꝫ
Nobilitas patrio ſplendida more facit.
Hic vna pater ipſe fuit meus, auguris inſtar
Qui Regis vidit proſpera cuncta noui.
Fœlicemqꝫ ſciebat auum, proauumqꝫ modeſtum
Et virtute patrem promicuiſſe pari.
Quapropter plebis confregit ſępe furores
Audit vt incenſas hoſtibus eſſe faces.
Atqꝫ auerſatus rabiem, facilesqꝫ tumultus,
Externo potuit non dare colla duci.
Sed Chriſtiane fidem preſtat tibi,preſſaqꝫ longo
Nunc ſoluit lętus tempore vota Deo,
Electoqꝫ precatur ouans victricia Regi
Secula, & haud vllis obliteranda notis.
Cumqꝫ ſalutatum toto Rex agmine cernat
Et modo ſe cupidum lege tenere gregem.
Expecta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Expectatá dedit maturo pectore verba
    Oraꝗ vox tenuit talis aperta ducis.
Mi DEVS ęterno qui ſingula iure gubernas,
    Arbitrioꝗ tenes numina cuncta tuo.
Qui pia diſponis mortali fata coronę
    Accumulasꝗ bonis pectora noſtra tuis
Da pater officijs cedat tibi Gloria noſtris
    Gloria, quam veram ſecla futura canant.
Tu mihi conſilium tribuas, populoꝗ ſalutem,
    Vt mea cęleſti facta iuuentur ope.
Contere graſſantes cede atꝗ furoribus hoſtes
    Arma peregrini frange ſuperba ducis.
Et comitum compeſce gradus, ne Dania largo
    (Triſte quidem facinus) tota cruore fluat.
Quin hoſtes potius vertas hoc omen in ipſos
    Quasꝗ petit clades ſtridula turba luat.
Dixit, & accepta modo conditione, ſalutem
    Inde quidem noſtram pectore totus agit.
Quare cum ſtudium pietatis amaret, & ęquis
    Omne probus voluit legibus eſſe ratum,
Succeſſus fortuna dedit. crudelibus arma
    Exuit, & vires abſtulit alma, viris.
Congreſſus vidit laudanda Fionia primos,
    Sunt quibus externi cornua victa ducis.
Et noſtro fuit imperio victoria, poſtq̄
    Iniuſte paſſos iuuerit ipſe Deus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Inde fugam capiunt hoſtes, & męnia quærunt
Haffniaco lucent quæ ſatis ampla ſolo,
Se quibus includunt & portas vecte coronant,
Ac madido figi lumine caſtra vident.
Aſt noſter leni tantos fert pectore motus,
Finis enim noſtrum iuſta latere nequit.
Hæc breuiter memorare libet. Iā pene perēptus
Hoſtis erat, dira cuncta vorante fame,
Omnis habet proiecta platea cadauera, nemo
Suſtinet in patulo ſigna videre foro.
Tabe perit, valido qui venit corpore miles,
Non caro, non piſces amplius eſca fuit.
Non herbas reperîre licet, frumenta, legumen
Diſperiit, nullus latrat in vrbe canis.
Conſumptus mures àbigit cibus, eſſe columbam
Non patitur, nitro tortus in aſtra globus.
Potus erat nullus, tum vas ſua vina reliquit
Hauſta male extĩguit flumine lympha ſitim,
Vnica vix puero ſeruatur vacca recenti
Poſſit vt altricis paſta ſubire vices,
Namq; duci coniunx auido ꝓba ſemine fęta
Enixa eſt hiſce pignora chara locis.
His igitur cum ſe videt hoſtis ſortibus omnem,
Deperdiſſe animi ſpemq; fidemq; ſui,
Indoluit, tantum fortunæ exemplar haberi
Se, patrio poſſet cui ſatis eſſe ſolo.

Et ſtult-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Et ſtultos animi motus, inimicaq; dicta
Dãnat,in hanc venit queis ſtimulatus humũ
Pectoris haud etenim docti fuit impetus ille
Vt comes extremæ ſortis amarit iter,
Quęq; ſuis geminã ſpectant loca ſedibus arcton
Prętulerit, Rhenus quas vehit altus, aquis.
Forſan enim poterat propriis ibi viuere rebus,
Hic ſperare nihil maxima cura duci.
Aſt agit incautum ſimulans inimicus honores,
Pellit & in vitę tanta pericla virum.
De quibus hic ſtatuã tanto minus, õnia quanto
Hęc mihi ſunt alio dinumeranda loco.
Nam certe quidam meruere coloribus ęquis
Depingi. Genio cetera ſunto meo.
Ergo comes cum nulla ſibi veſtigia cernat,
Eſt quibus elabi principis arma potis,
Conſilio ſocij cum Rege paciſcitur, vrbem
Dedidit, & victas tollit ad aſtra manus,
Teſtaturq; Deos & ſi quæ numina cęlo
Iura locant,(oculis decidit vnda vagis,
Quiq; diu tremulo luctatur ſpiritus ore
Flectitur) hinc miſera talia voce refert,
Haud equidẽ id meruit mea magna inſania,Reg
Ambitio notas vt mihi vertat opes, (ni
Nec malus hoc animus latitat qui corpore, tanti
Cauſa fuit, quantum corda doloris habẽt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Sed perſuaſerunt quidam, quibus vltima paſſos
    Fluctibus eſt mediis deſeruiſſe iocus.
Ach Deus excelſo mundum qui cernis ab axe,
    Tu tanti vindex criminis eſſe velis.
Et iuſtas perſolue precor quas corpore pęnas,
    Autores huius commeruere mali.
Non etenim ignotus veniſſẽ hũc hoſpes in orbẽ
    Lumine quem toto Caſſiopeia videt,
Baltica nec temere tranaſſem flumina, tuto
    Danica quę faciunt ſceptra latere ſinu.
Nam veluti charę genitricis brachia Gnatum
    Et dirę contra ſortis amara fouent,
Haud aliter vires, rapido mare gurgite Regnum
    Hoc cingens, regni preſtat agitq; locis.
Et mihi nunc liceat toto ſi vera fateri
    Pectore, ſi mentis cuncta peracta feram,
Confiteor tanto nunq̃ me horrore fluentes
    Traieci has quanto non bene ſanus aquas.
Quid mihi cũ tumido ratibus vehor ęquore mẽ-
    Conſilijq; fuit, quo ſtetit ore color, (tis
Quoq; truces pauidus conſpexi lumine fluctus
    Propulſos tetro, quos, acheronte ſciam,
Et magnos ſummi petiiſſe tonantis honores,
    Quos clarus liquido phœbus in axe tenet.
Expediam tantis ſi ſe mihi tempora rebus
    Aduerſisq; vnq̃ commoda finis erit.

Et fateor

Et fateor certe me tunc voluiſſe reuerti
Hęc me cum mediis cura moleſtat aquis,
Pręſaga ſiquidem didici infortunia mente,
Hoc me expectabant quę grauiora loco.
Aſt impulſorum cupidam mihi copia mentem
Faſcinat, & plenos ſpondet inepta lares,
Incitat vt nullo frętum Diademate regnum
Inuadam, & celeri flumina naue teram.
Promittuntq́ operas. Sed enim ꝓmittere cuiuis
Exiguum, Senſi nil tamen ipſe minus.
Et certe noſtras aliquis quoq́ rumor in oras
Venerat, hæc nullo principe ſceptra geri,
Quare nos maiora quidem concepimus, vnq̄
Vtile q̄ nobis forſan habere ſiet.
Venimus, & prompto bellum mucrone iuuentus
Hęc dedit, Ac largo ſanguine ſparſit humũ.
Sed quoniam non marte ſtetit victoria noſtro,
Experiarq́ mihi ſumma negare Deos.
Te rogo diuinũ modo quẽ tua fata Monarchã
Decernunt, placido lumine noſtra vide.
En tibi deuictas (ſiet hęc tua gloria) palmas
Trado, peregrini ſuſcipe vota ducis.
Et quod veſanæ dedit imprudentia menti
Ne mihi conſilium poſſit obeſſe, face,
Vtere fortuna, quam dant tibi numina ſummam
Atq́ data fęlix vtere ſorte diu.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

En tibi nunc, quondā quibus ardua bella parabā
Brachia iudiciis tendo futura tuis.
Tu victor. Regni cedat tibi ſumma petiti
Gloria, ſint manibns ſceptra tenenda tuis.
Non ego victus ero pietas modo ſeruet amicum
Qui tibi nequaq̃ diſplicuiſſe poteſt.
Non inimicus eram, nunq̃ hęc tibi dextera mortē
Expetiit. Tacitos finiit ore ſonos.
Cum Rex continuo diſcedcre mandat ab vrbe
Et procul a noſtro limine ferre pedes.
Sed iuramento prius hic ſe aſtringit, in omnes
Haud ſe huc moturum bellica ſigna dies.
Hoc facto comes egreditur, quod milite, Regnū
Turbarar, nimis hoc dum furit orbe, fero.
Inde tenet ſceptrum regni Chriſtianus auiti
Credita florenti pace fideq; regens.
Et patriæ tanto moderatur honore penates
Vt merito priſcis anreferetur auis.
Quaꝓpter MAGnum confecti munere belli,
Incola DIVINVM pacis amore vocat.
Sub cuius tuto, veluti requieſcimus vmbra,
Ac ferimus noſtro vota preceſq; deo.
Et petimus, velit hunc vitali veſcier aura,
Ac longa regni commoditate frui.
Conſpiciat ſeros vt lęta fronte nepotes,
Et veteri felix omnia marte regat,

Credimus

Credimus hoc etenim rerum moderante coronas
Vſuros hic nos pacis honore diu.
Principibus quaꝑpter ouãs modo pandito portas
Haſſnia, ſuſtineant hos tua tecta deos.
Et patres venerare, pio qui corde ſalutem
Ac patriæ quærunt commoda magna tuæ.
Adueniſſe tibi depulſo noctis hiatu
Crede diem, & roſea luce nitere polum,
Nam quod terricolis grato dat lumine phębus
Hoc Rex ſubiecto preſtat honore gregi,
Et veluti denſas profligat Apollo tenebras
Et gratum exortus monſtrat ab axe diem.
Ac oculos in ſeſe hominum conuertit & ora,
Sicut inexhauſto cuncta calore fouet.
Sic Regum virtus populo dat pectora, vires,
Lęticiam, & plebis lumina, fronte regit.
Geſtiat vt Reges circum pia turba vagare,
Atq; paterna oculis ſigna notare iuuet.
Macte igitur iuſtos referas precor hafnia plauſus
Hunc gnomone nota candidiore diem.
Et ſupplex fer thura diis, numenq; piato
æthereum, & ducibus fauſta precare tuis.
Tuq; adeo noſtri MODERATOR maxime reg
Qui geris a veteri nomina clarus auo, (ni
Pectore tu populi nitido complectere voces,
Qui gratus lęta mente trophea canit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Noſtraqꝫ nunc primum celſos quę Muſa penates
Scandit, & eſt ſummos auſa mouere lares,
Hęc pia creſcenti quę exordia ponit honori,
Non auerſato lumine ſcripta lege.
Pectore ſed toto potius defende Camœnas,
Quæ ſubeunt vaſto dira pericla mari.
Nã minime obſcurũ eſt ſtudiũ quo dẽte momor-
Hæc miſero ſi quis ſcripta, dolore feret. (det.
Aſt tu Liuorem compeſcito, Latius olim
Sic dabit hæc radios fęta Minerua ſuos,
Geſtaqꝫ ſumma canet Regũ, Quos Danica forti
Sceptra quidem conſtat diſpoſuiſſe manu.
Tum tua perpetui memorabunt facta nepotes,
Noſtraqꝫ Neſtoreos viue Thalia Dies.

Impreſſa Hafniæ apud Iohannem Vinitorem die
5. Auguſti Anno 1551.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 665 4° copy 1